

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Proverbia Notiora

Goetjen, Johann Arnold

Oldenburgi, MDCCLIII

VD18 90659325

[Proverbia Notiora]

urn:nbn:de:gbv:45:1-19312



A boue maiori discit arare minor.
Absens, carens.
Accidit in puncto, quod non speratur in anno.
Acti labores iucundi.
Afflictis non est addenda afflictio.
Alterius non sit, qui suus esse potest.
Amantium irae amoris redintegratio est.
Amici vitia noueris, ipsum ne oderis.
Amicorum omnia sunt communia.
Amicus certus in re incerta cernitur.
An nescis longas esse regibus manus?
Arcus nimium tensus frangitur.
Ars longa, vita breuis.
Ars non habet olorem nisi ignorantem.
Artem quæuis terra alit.
Asperius nihil est humili, quum surgit in altum.
A teneris adsuescere multum est.
Auarus, nisi quum moritur, nil recte facit.
Audentes fortuna iuuat timidosque repellit.
Audiatur & altera pars.
Barba non facit philosophum.
Bene natis turpe est male viuere.
Bis ac ter quod pulchrum est.
Bonæ leges ex malis moribus proveniunt.
Boni pastoris est tondere pecus non deglubere.
Breuitas delectat.



Consuetudo est altera natura.
 De mortuis & absentibus nil nisi bene.
 Dic cur hic.
 Disce cautius mercari.
 Discincta vestis, discinctus animus.
 Dulce bellum inexpertis.
 Dum stulti vitant vitia in contraria currunt.
 Duo quum faciunt idem non est idem.
 Edentulus vescentium dentibus inuidet.
 E duobus malis minus est eligendum.
 Equo currenti non opus est calcaribus.
 Errare humanum est.
 Erubescit, salua res est.
 Et meum telum cuspidem habet.
 Ex pennis cognoscitur avis.
 Factum infectum fieri nequit.
 Felix quem faciunt aliena pericula cautum.
 Festina lente.
 Fide, sed cui, vide.
 Foecundi calices quem non fecere disertum?
 Forma viros neglecta decet.
 Fortunam sui cuique mores fingunt.
 Fronte capellata est, post haec occasio calua.
 Fuimus Troës.
 Gratiore sunt quæ pluris emuntur.
 Gratiore est pulchro veniens e corpore virtus.
 Gutta cauat lapidem, non vi, sed saepe cadendo.
 Grammatici certant & adhuc sub iudice lis est.
 Hic murus aeneus esto, Nil conscire sibi, nulla
 pallefcere culpa.
 Hinc illae lacrumae.

Ho-

Hodie mihi, cras tibi.
 Homini diligenti semper aliquid superest.
 Homo proponit, Deus disponit.
 Honestas mors turpi vita potior.
 Honores mutant mores.
 Honor non est honorandi sed honorantis.
 Hic Rhodus, hic salta.
 Ignavis semper feriæ.
 Ignoti nulla cupido.
 Intra muros peccatur & extra.
 Imperare sibi maximum imperium est.
 In bonum virum non cadit suspicio.
 In crastinum seria!
 In fine videbitur cuius toni.
 Ingenia coacta male respondent.
 In medio consistit virtus.
 Inter arma silent leges.
 Interpone tuis interdum gaudia curis.
 In vino veritas.
 Ira furor brevis est.
 Ingenuas didicisse fideliter artes Emollit mores,
 nec sinit esse feros.
 Labor improbus omnia vincit.
 Laus propria sordet.
 Lucri bonus odor ex re qualibet.
 Maior pars concludit.
 Male parta male dilabuntur.
 Manus manum lauat.
 Manum de tabula!
 Medio tutissimus ibis.

) (3) Me-

Melius est præuenire quam præueniri.
 Mendacem oportet esse memorem.
 Mundus vult decipi.
 Natura paucis contenta.
 Naturam expellas furca, tamen vsque recurret.
 Necessitas durum telum.
 Ne quid nimis.
 Ne lutor vltra crepidam.
 Nimia familiaritas parit contemptum.
 Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.
 Nocte latent mendae.
 Non ex quovis ligno fit Mercurius.
 Non omnia possumus omnes.
 Nosce te ipsum.
 Nulla calamitas sola.
 Nulla dies sine linea.
 Nulla est tam facilis res, quin difficilis fiat, si
 inuitus facias.
 Nusquam est, qui vbique est.
 Obsequium amicos, veritas odium parit.
 Oculi plus vident quam oculus.
 Olim meminisse iuuabit.
 O mihi præteritos referat si supiter annos!
 Omne nimium vertitur in vitium.
 Omnium difficillimum est multis placere.
 Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.
 Oscitante vno oscitat & alter.
 Omnia prius experiri verbis, quam armis sapi-
 entem decet.
 Otia dant vitia.
 Patientia vincit omnia.

Patria vbicunq̄e bene est.
Pecuniæ obediunt omnia.
Per quod quis peccat per idem punitur & idem.
Per risum multum debes cognoscere stultum.
Plus oportet seruum scire quam eloqui.
Post nubila Phœbus.
Principiis obsta.
Quæ infra nos, nihil ad nos.
Qui nescit dissimulare nescit imperare.
Qui proficit in litteris, & deficit in moribus,
plus deficit quam proficit.
quisque sibi placet, & sapiens sibi quisque videtur.
Quilibet fortunæ suæ faber est.
Qui tacet, consentire videtur.
Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu.
Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.
Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.
Qui nucleum esse vult, frangat nucem oportet.
Rem acu tetigisti.
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.
Saepe etiam est olitor valde opportuna loquutus
Sapientiæ comes est stultitia.
Satietas fastidium parit.
Scire tuum nihil est, nisi te scire, hoc sciat alter.
Sera in fundo parsimonia.
Sera nunquam est ad bonos mōres via.
Si fueris Romæ, romano viuito more.
Similis simili gaudet.
Sine Cerere & Baccho friget Venus.
Solamen miseris, socios habuisse malorum.

Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsæ,
 Spes alit agricolas.
 Summum ius summa saepe iniuria.
 Scire volunt omnes, mercedem solvere nemo,
 Suum cuique.
 Tandem bona causa triumphat.
 Tecum habita, & noris, quam sit tibi curta supellex
 Trahit sua quemque voluptas.
 Tua quod nihil refert, percontari desinas.
 Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.
 Tu, si hic sis, aliter sentias.
 Tute lepus es, & pulpamentum quæris.
 Vacare culpa magnum est solatium.
 Vana est sine viribus ira.
 Vna hirudo non facit ver.
 Vestigia me terrent.
 Vestis virum facit.
 Video meliora, prôboque, deteriora sequor.
 Vim vi repellere licet.
 Volenti non fit iniuria.
 Vrit mature, quod vult urtica manere.
 Vfus magister optimus.
 Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.
 Veritas ôdium parit.
 Vino vendibili non opus est suspensa hedera,
 Virtus in medio consistit.
 Vita brevis, ars longa.
 Viuitur ingenio, caetera mortis erunt,
 Ultra posse nemo obligatur.
 TANTVM.



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

8
7
6
5
4
3
2
1

